Q. D. B. V.

DISCURSUS INAUGURALIS SYNOPTICUS

De

JURISDICTIONE, ejus TURBATIONE & FORO,

Quem

Ex Decreto & Authoritate

Magnifici ac Nobiliſſimi JCtorum Ordinis in Illuſtri ac Celeberrima Salanâ

PRÆSIDE

VIRO Nobiliſſimo, Conſultiſſimo, Ampliſſimo atque Excellentiſſimo,

DN. JOH. VOLK. Bechmann/

JCto, & Anteceſſore celeberrimo, Conſiliario Saxonico, Curiæ Provincialis, Facultatis Juridicæ & Scabinatus Adſeſſore gravissimo, Patrono ſuo plurimùm devenerando,

PRO LICENTIA

Summum in Utroque Jure gradum ejusdemque honores & privilegia ritè capeſſendi,

Publicè ventilandum exhibet

ANDREAS ALBERTUS Freyberg/

Conſiliarius Mansfeldenſ.

In Auditorio JCtorum,

Ad d. XIV. Aprilis, Horis ante & pomeridianis.

JENÆ Typis JOHANN. NISII, Anno M. DC. LXIV.

L. B. S. P. D.

IN republ. tranquillè ità demum vivimus, maximaq; ea capit incrementa, ſi ſint, qui benè imperent, & qui optumè pareant, pereunte ſiquidē obſequio, Imperium intercidat eſt neceſſe! Populus Romanus tantum operum pace belloque geſſit, ut ſi quis magnitudinem Imperii cum armis conferat, ætatem ultra putet: Cauſas deſideras? ecce inter alias habes has; Credidêre multi feroces, Majores armis Rempubl. ex parva magnam feciſſe, at fuêre alia, quæ magnos fecère illos, domī induſtria, foris Juſtum Imperium, animus in conſulendo liber neque delicto neq; lubidini obnoxius; Nam vigilando, agendo, benè conſulendo proſpérè omnia cedunt; Nec minus inter cœtera Reip. adfert incrementum, & tranquillitatem, ſi ſubditis omnibus ac ſingulis Jus æqua lance dicitur, ne Legū invalidum ſit auxilium! nec Jura & Judicia, res ſanctiſſimas horreant cives, & exoſa deteſtentur, ſed ut inſtar ſolis ubiq; fulgeat Juſtitia,

Tacit. Hiſt. Lib. 1. c. 83. n. 6.

Flor. in princ.

Marc. Porc. Cato. ap. Saluſt. de bell. Catilin. p. m. 38.

Tacit. lib. 1. Ann. c. 2. n. 4.

 & ca-

& capitales peſtes ejusdem imprimis tres (quas Forſtnerus refert) funditus eradicentur. De quibus tamen omnibus & ſingulis dicere in præſens, nec eſt animus, neque tempus, ſed ſaltem pauca, loco *inauguralis exercitij, de Jurisdictione*, ejus *Turbatione*, & *Foro*, tribus capitulis, publicè ventilanda ſum exhibiturus. Hoc autem quicquid ſit, Lector benivole, comiter ſuſcipe, quod ſi minus ſcitè elaboratum, tibi forſan videtur, memento anguſtiâ temporis ac inſimul aliis excluſum me fuiſſe negotiis, quo minus nobiliſſimam hanc materiam prolixius & accuratius tractare potuerim.

In. Not. ad Tacit. lib. 2. Ann. c. 34. n. 1. p. m. 199. & ſeqq.

Cum

Cum Deo!

CAPUT PRIMUM

DE

JURISDICTIONE.

SUMMARIA.

1. *Deus judicia & Magiſtratus in terris conſtituit.*
2. *Origo jurisdictionis.*
3. *Etymologia.*
4. *Jus dicere & judicare quomodo ſumantur.*
5. *Quid ſit jus dicere.*
6. *Quot modis Jus dicatur.*
7. *Variis modis ſumitur vocula jurisdictionis.*
8. *Hodie non eſt dubium quin jurisdictio etiam merum Imperium comprehendat.*
9. *An cumulativè vel privativè conceſſa intelligatur.*
10. *Sumitur pro poteſtate Magiſtratus Jus dicendi.*
11. *Item pro certo diſtrictu.*
12. *Item pro fonte jurisdictionis, vel L. judiciaria.*
13. *Item pro Exercitio jurisdictionis.*
14. *Fatale tempus probè obſervandum.*
15. *Feriæ dilationum temporibus connumerandæ.*
16. *Tempus fatale currit à die Inſinuationis certo tamen reſpectu.*
17. *Pœna præcluſionis.*
18. *Decretum vel ſententia jus facit inter partes.*
19. *Definitio.*
20. *Dividitur in ſuperiorem & inferiorem.*
21. *Accuratè obſervandæ ſunt ſpecies ſuperioris & inferioris jurisdictionis.*
22. *Eccleſiaſtica & ſecularis.*
23. *Jurisdictiones non ſunt confundendæ.*
24. *Unde principum Imperii ſit*

Juriſdictio Eccleſiaſtica & ſecularis.	*28. Spontanea & Legalis.*
25. Propria & mandata.	*29. Communicabilis & incommunicabilis.*
26. Contentioſa & voluntaria.	*30. Finis Juriſdictionis.*
27. Prorogata..	*31. Fructus..*

SAnctiſſima eſſe judicia., ſanctasque Juriſdictiones, ac propterea inviolabiles nemo ſanæ mentis, nec moratior unquam negavit Ethnicus; Ipſe etenim ante ſecula Deus in Angelos, (qui ſua ſanctâ haut ſervatâ origine domicilium cœleſte amiſerunt) primum ac juſtum, alterum in Adamum & Evam judicium, vi immenſæ & incomprehenſibilis ſuæ juriſdictionis exercuit, adhuc exercet, & noviſſimo die in omnes & vivos & mortuos eſt exerciturus.

C. in ſacroſancta. 2. de Mag. & in Doct. 7mo. . Vult. de jud. Lib. 1. c. 1. n. 21.

1. *Deus autor judiciorum.* Quin & juſtiſſimus iſte Deus, Judicia & Magiſtratus in terris conſtituit, ut juſtitiam adminiſtrent & jus dicant populo!

Levit. 19. 15. Deut. 1. 15. Rom. 13. 1. & ſeqq.

Hinc Salomon Rex, Sapientia, quæ Filius Dei eſt (inquit) ita loquitur; per me Reges regnant & Conſiliarii decernunt juſta, per me Principes & omnes Magiſtratus terræ jus dicunt.

Prov. 8. 15. vid. L. 8. in princ. C. de ſumm. Trinit..

Quod etiam Ethnicis haut fuit incognitum

Matth Steph. de Jurisd. Lib 3. part. 1. c. n. 3.

2. *Origo juriſdictionis.* Atque exinde Principibus illud eſt: Wir von Gottes Gnaden.

Valent. Winther *Parth. litig. lib. 1. c. 6. n. 14.*

Unde

Unde etiam poſtmodum Jurisdictiones ſuam traxêre originem, quippe quæ proximè referuntur ad ſummam Principis poteſtatem, penes quem dicitur eſſe omnis Jurisdictio, & ab eo veluti perenni fonte, in reliquos magiſtratus inferiores dimanare.

Weſemb. π. D. de jurisd. n. 9.

Etymologiam autem Jurisdictionis (unde ſæpius in jure argumenta licet ut plurimum ducantur negativè) ſive notationem, quod attinet, neceſſariò evolvendam paucis, (ſiquidem ſecundum Ariſt. à nominum notatione & ſignificatione incipiendum, ſine qua de rebus haut accurata poteſt eſſe diſputatio. 3. Etymologia.

Ariſt. 4. Metaph. 10. arg. L. 1. in pr. de j. & j. Everh. Loc. Top. 4. n. 3.)

à jure dicendo, quin derivetur haut multum habet dubii ac Interpretes ferè omnes conſentiunt propter

L. 1. 13. 18. & ult. D. de jurisd. Bachov. ad Treutl. vol. 1. Diſp. 3. th. 1. Lit. A.

licet diſſentiant Azo, Fulgoſius, Zaſius, Tiraquell. & alii, qui eam à jure & ditione deductam ac proinde non *Jurisdictionem* ſed *Jurisditionem* ſcribi volunt, quos refert ac refutat

Matth. Steph. d. tract. Lib. 1. c. 1.

ultra id enim, quod nullibi hoc modo, vocabuli *Jurisdictionis* fiat mentio in jure, (& ſic erubeſcamus absque lege loqui,

c. conſideremus 5. Nov. 18. de trient. & ſemiſſ. Sneid. Inſt. de donat. n. 21.)

etiam is qui exercet eandem dicitur jus dicens, ac jus dicere, de cujus vocabuli etymologia videri poteſt

Varro de ling. lat. Lib. 1. n. 7. in verbo. dico &

Interpretes qui paſſim de juriſdictione ſcripſerunt.

4. Jus dicere & judicare quomodo ſumantur. Notandum autem hîc eſt, *jus dicere & judicare* promiſcuè & pro iisdem hodiè ut plurimùm ſumi, ut ut olim magna horum fuerit & adhuc quodammodo ſit differentia & diverſitas, jus etenim dicebant Magiſtratus, aſt judicabant judices, niſi aliquando, extra ordinem & illi judicarent.

D. Hahn. Comm. ad n. Weſen. in princ. verbo de Juriſdictione.

illud quæſtionem juris ſemper habebat, hoc ut plurimùm facti, unde etiam jure veteri judex non à dicendo jure ſed à judicando, interpretatione accuratiori dicebatur

D. Vult. lib. 1. de judic. c. 4. n. 9.

5. Quid ſit jus dicere. Quid autem ſit *jus dicere*, à variis hactenus variè eſt traditum, Duarenus inter alios

Comment. ad Tit. D. de Juriſd. c. 1.

exiſtimat eſſe, quoties quis authoritate publica quid ſtatuit, quod ad jus & juſtitiam pertinet, ac proinde noſtris maximè moribus, eſt non ſolùm, quando ex juris præſcripto jus redditur ac decernitur, ſed etiam quando edicitur & conſtituitur ab eo qui ejusmodi poteſtatem habet, in quacunque cauſâ, tam publica quàm privata, tam civili quàm criminali, Eccleſiaſtica & ſeculari, tam in ſpecie ſeu negotiis ſingulis, quàm in univerſum & generaliter ſine ulla negotii alicujus individuali determinatione, ſtatuendo, quæ tum publicè, tum privatim prodeſſe, atque unde jus, juſtum, æquum & bonum in qualibet facti ſpecie, deſumi poſsit, theſi accommodata ad hypotheſin

D. Habn. dict. Comm. de j. & j. n. 13. verbo atque hæc

qui-

quidem de juſtitia. p. m. 37. Sutbolt. diſſert. de jurisd. Aphor. 52.

Hinc quid illud, Jus, juſtum, æquum & bonum ſit, quod dicitur, & in omnibus cauſis, vel à Magiſtratu, vel ab eo cui id conceſſum eſt dici debeat, poſt

Dd. in l. pen. D. de j. & j. pluribus exponit D. Habn. d. loc. n. 14. ubi ſubjungit eos in toto jure cæcutire, qui accuratam ſcientiam & vim horum verborum neglexerint.

Cœterum cum Vultejo & aliis adſtruere placet, jus ut plurimum duobus dici modis, uno ſcilicet, proponendo illud ſive condendo, altero autem id reddendo: *Ille* ad eam pertinet civilis prudentiæ partem, quæ docet modum ferendarum legum, idque eſt quod dicit Cicero: Cum Magiſtratum inieris, & in concionem aſcenderis, eſt tibi edicendum quæ obſervaturus ſis in jure dicendo; *Hic* autem ad eam prudentiæ civilis partem pertinet, quæ ancillatur priori, exequendo ea, quæ à legibus præcipiuntur circa ſingula judicando, decernendo, & in ſingulis membris rempubl. ſecundum leges adminiſtrando. *6. Quot modis jus dicatur.*

Ariſt. 6. Eth. 8. Cic. lib. 2. de finib. Vult. lib. 1. de jud. c. 1. n. 35. Weſenb. π. de interd. n. 6. Sutbolt. diſſert. de jurisd. Aphor. 14. p. m. 31.

Illud fit in theſi, hoc in hypotheſi, illud abſolutè ſine circumſtantiarum oculata determinatione, hoc conjunctim, illud theoricè, hoc pragmaticè, illud ad eum principaliter pertinet, qui poteſtatem juris dicendi, ſeu jurisdictionem propriè ſic dictam ordinariè, tam quoad actum ſignatum quàm exercitum, hoc etiam ad eum qui mandatum à priori habet, extenditur.

Arg. L. 13. & 16. D. eod.

7. Variis modis ſumitur Juriſdictionis Vocula.

Expedit autem ut varia voculæ *juriſdictionis* acceptio (ſalvis tot excellentium, JCtorũ opinionibus) evolvatur. Ac primò quidem adſtruere placet, Jurisdictionis voculam eſſe generalem maximè noſtris moribus, atque ſic etiam complecti merùm mixtumvè Imperium. Doctores quidem hac de re, utrum nempe etiam Juſtinianeo Jure hoc dici poſſit, acriter inter ſeſe confligunt; affirmant cum aliis

8. Hodie non eſt dubium quin juriſdictio etiam merum Imperium comprehendat.

Dn. Franzk. Comm. ad Tit. D. de juriſd. n. 3. Bocer. tract. eod. c. 2. n. 1. propter L. 4. ibi generali juriſdictione. D. de offic. ejus cui mand. it. L. ſi in aliam. 7. §. ult. ibi pleniſſimam autem Juriſdictionem D. de off. Proc. it. L. 8. 9. & ult. eod. L. 2. §. 16. & 23. D. de O. J.

Negant autem cum aliis, & contrarium multis propugnant argumentis, & reſponſionibus

D. Habn. Comm. ad w. Weſ. Tit. de Juriſd. n. 2. verbo id proprie munus. p. m. 248. & ſeq. Sutbolt. Diſſert. de juriſd. aphor. 115. & ſeqq. & alii quamplurimi.

Verùm litem iſtam, utpote in judiciis noſtris parùm proficuam h. t. mitto, ſiquidem hodienũ Jurisdictionem tam de criminalibus quàm civilibus cauſis prædicari, atque comprehendere merùm mixtumque Imperium ipſi inter ſe diſſentientes fatentur

D. Habn. d. loc. p. 249. propter Conſtit. Frider. 1. de pac. Conſtant. §. nos Romanorum. in fin. & Suth. dict. tract. aphor. 412. & ſeq.

Atque exinde eſt, quod, ſi Princeps omnem vel omnimodam, vel plenisſimam Jurisdictionem alicui concedit,

dit, utique & merum imperium concedere exiſtimandus erit.

Matth. Steph. Synopſ. Juriſd. c. 10. p. m. 26.

Dictio enim omnimoda, eſt univerſalis comprehendens omnia;

Gloſſ. in Clem. quamvis verb. omnimoda. de for. compet. Tuſch. Pract. Concl. Jur. tom. 2. Lit. D. Concl. 320. n. 1. & concl. 485. n. 1. D. Zepper. in Cynoſ. Legal. cap. 2. n. 26. p. m. 40.

Sed an cumulativè ſeu communicativè an privativè? Diſtinguunt Dd. communiter, ſcilicet quòd conferatur vel per modum contractus, ubi præſertim ex pactis adjectis, (quæ legem dant contractui). & mente contrahentium res eſt dirimenda & judicanda. *9. An cumulativè vel privativè conceſſa intelligatur.*

Harprecht. Comm. ad princ. Inſt. de hæredit. quæ ab inteſt. n. 48. & n. 139.

Vel per modum ſimplicis conceſſionis, ubi quidem mens concedentis inſpicienda, aſt ſi planè perſpici ea haut poſſit, in dubio cumulativè non autem privativè facta intelligitur conceſſio, per rationem, quòd in ejusmodi conceſſione major ſemper penes principem vel concedentem maneat poteſtas, & quòd aliàs regulariter, etiam ſuperior cum inferiore cenſeatur habere poteſtatem concurrentem.

Regner. Sixtin tract. de Regal. Lib. 1. cap. 5. n. 55. propter jura & Dd inibi ſufficienter alleg. vid. etiam Berl. p. 1. concl. 2. n. 1.

Vel per modum infeudationis, & tunc volunt JCti Juriſdictionem communiter privativè tranſire, per rationem, quòd vaſallus reſpectu uſus & utilitatis rei potius jus quam Dominus feudi habeat, cum enim Vaſallis jure

feudi

feudi in perpetuum hodie concedatur Jurisdictio, revocari eadem regulariter vel ſaltem turbari ab infeudante haut debet; eſt enim feudum uſusfructus quidam, (dico quidam, cum in multis ab eo differat) atqui non poteſt à proprietario uſufructuarius impediri, quo minùs utatur fruatur liberè prædio uſufructuario,

ceu ex Henr. Bocer. de Juriſd. c. 8. n. 80. refert D. Carpzov. Part. 1. JP. R. S. conſt. 16. def. 29. n. 5. & ſeq. Hart. Piſt. Part. 2. q. 45. n. 15.

Eleganter ſanè hac de re, attamen paucis, diſſerit Magnif. Dominus Georg Adamus Struvius, ſtatuens, poſſe dici convenientius, quòd nec privativè nec cumulativè, ſed ſubordinatè concedatur jurisdictio, quæ ſubordinatio ceſsat, quando ipſe Princeps, causâ ad ipſum delatâ, Jus dicit.

Syntagm. Jur. feud. C. 6. theſ. 19.

cum quo, intuitu juris ſuperioritatis der Fürſtlichen oder Gräfflichen Landes-Obrigkeit facere videtur

D. Carpz. d. defin. 29. n. 7.

Plura qui hâc de re deſiderat, adire poterit D. Berlichium qui dict. concl. 2. per tot. plura egregia & ſcitu maximè digna ſubminiſtrat.

10. Sumitur pro poteſtate Magiſtratus Jus dicendi.

Secundò ſolet vocula jurisdictionis ſumi frequenter pro poteſtate Magiſtratus Jus dicendi, & minoribus quoque competit.

D. Hahn. dict. Comm. ad π. Weſemb. de Jurisd. n. 2. verbo, id proprie munus.

11. Item pro certo diſtrictu.

Tertiò pro certa regionis parte, vel territorio & diſtrictu, in quo aliquis exercendæ jurisdictionis poteſtatem habet, & ſic pro re corporali in qua exercetur;

Arg. L. ſi quis ex aliena. 5. in princ. D. de Judic.

ſic

ſic etiam jus ſumitur pro loco in quo jus redditur.

L. Jus pluribus. 11. in fin. D. de j. & j.

ubi JCtus Paulus in hæc verba ſcribit; *alia ſignificatione jus dicitur locus, in quo Jus redditur appellatione collata ab eo, quod fit, in eo, ubi fit*; &c. atque eo modo accipitur Jurisdictio in Epiſt. Servii Sulpitii JCti, quando ad Ciceronem ſcribit; Eo conſilio ut ab Athenis in Bœotiam irem reliquamque Jurisdictionem meæ provinciæ adirem, in qua jus dicerem; atque hinc eſt, quòd quis dicatur transgreſſus limites ſuæ jurisdictionis, ſcil. concretivè & materialiter, ſi alterius territorium vel diſtrictum violaverit & in eo citra competentiam aliquid exercuerit Jurisdictionis, quemadmodum haut rarò poſſesſio pro re corporali accipitur,

Harprecht. Comm. ad princ. Inſtit. de R. D. n. 59. per L. ſi quis argent. 53. §. 1. ibi ſi verò reditum certum ex poſſeſſionibus donaverit non tamen nomina poſſeſſionum edixerit C. de donat.

Quartò pro fonte jurisdictionis ſeu Edicto Prætoris. 12 Item pro fonte Jurisdictionis ſeu L. judiciaria.

L. Poſtquam hæres. 5. §. ſed Prætor. ibi defertur conditio cavendi fratribus ex forma jurisdictionis. ff. ut Leg. ſerv. cauſ. & ibi Gloſſ.

Vel pro lege Judiciaria. *L. Divus Pius Claudio: ibi ſi plus eos meruiſſe, quam ex forma jurisdictionis pati poſſint. D. ad L. Corn. de falſ. videatur Matth. Steph. de jurisd. Lib. 1. c. 1. n. 16. & ſeqq.*

Quintò pro ipſo Jurisdictionis exercitio, ad quod 13. Item pro exercitio
Magiſtratus regulariter eſt adſtrictus

L. 26. §. 4. D. ex quib. cauſ. Major. ibi ſed etſi dùm decreto Magiſtratus, non obtemperat, jurisdictionem ſuam, ei denegavit i. e. exercitium;

Puta qui ſtatuit Actori tempus intra quod de Jure ſ. proponeret, quod neglexit.

Gloſſ. in d. l. 26.

14. *Fatale tempus probè obſervandum.* Et ita quotidie practicari videmus, tum in prima tum ſecunda inſtantia; quando enim certum fatale tempus eſt obſervandum, lapſo eo, ùtique negligenti haut amplius, vel ſaltem raró & difficulter ſubvenitur: e. g. ſi Magiſtratus vel judex in aliqua cauſa per ſententiam præcipit partibus, ut vicibus alternis, quibusdam deductionibus, prout cauſæ & circumſtantiæ admittunt, viſumque judici ſit præſtituto certi temporis ſpatio, adjectâ pœnâ, præcluſionis, usque ad inrotulationem Actorum procedere debeant, tunc ſi una fortasſis pars id neglexerit, accuſatâ ab alterutra litigantium parte contumaciâ ſimul à Judice petitur, ut propter commiſſam pœnam præcluſionis, pars contumax & negligens, priori vel ulteriori, pro re nata, præcludatur deductione.

Arg. L. properandum. C. de judic.

vigilantibus etenim ſunt ſcripta jura; cui etiam adſtipulatur,

D. Hahn. Comm. ad w. Weſemb. Lib. 2. tit. 11. n. 14.

Ubi dicit quòd in præfixis terminis, vel potius præſtituto ad expediendam rem certo temporis ſpatio, acquieſcat judicis officium vel exercitium Jurisdictionis, ita ut nec vel ipſe vel pars adverſa procedere posſit ad ulteriora, aut aliquid innovare.

Per L. 3. C. de dilat. ibi

15. *Feriæ dilationū temporibus connumerantur* *eo usque judicis officium conquieſcat, donec petiti temporis defluxerint curricula, ita tamen ut etiam feriæ, ſive repentinæ ſive ſolennes dilationum Temporibus non excipiantur ſed his connumerentur.*

Ad-

Advertendum autem hic eſt tempus id non curre-re à die datarum vel (ut loquuntur) **vom** dato **an**/ſed à die receptionis literarum **von Zeit der** Inſinuation, de qua ritè apud Acta doceri debet. 16. *Tempus fatale à die Inſinuationis currit:*

Mynſing. Cent. 2. obſ. 62.

Adeoque ſi de inſinuatione haut conſtat, Judex non poteſt in contumaciam procedere. 17. *Pœna præcluſionis.*

Quin & tempus illud, item pœnâ præcluſionis determinari ſolet, communiter vel per decretum partibus in judicio præſentibus vel per modum præcepti extrajudicialis partibus abſentibus; *Priori modo* dubium haut eſt quin cauſetur præjudicium, adeò ut pars negligens pro contumace habeatur & parte alterâ lapſum acceptante termini, accuſanteque contumaciam adverſarii, ob commiſſam pœnam præcludatur; idque vigore decreti, quod partibus pro lege eſt.

D. Carpzov. Proceſſ. jur. Tit. 16. Art. 1. §. 3. n. 30. 18.

Cenſentur enim partes, audito decreto inter ſe jus facere ita, ac ſi quædam ſtipulatio interceſſerit, cui, ſi dies & pœna adjecta fuerit ſimul, præcisè ſtandum ſit, ut vel planè non, vel ſaltem difficulter moræ admittatur purgatio. *Decretum & ſententia Jus facit inter partes.*

D. Brunnem. in L. ſi ſuper poſſeſſione. 9. in fin. C. de tranſact. per jura & Dd. ibid. alleg.

Idque in odium contumacis, reipubl. enim intereſt ut lites minuantur breviterque decidantur, ne fiant immortales, & vitæ hominum modum excedant, ut ait

Juſtin. in L. 12. & 13. C. de judic. Perez. ad dict. tit. n. 17.

ac propterea conſtitutum erat, ut cauſæ criminales biennio, pecuniariæ autem triennio à tempore litis conte-

ſtationis, neceſſariò finiri nec ſub pœnâ amisſionis, ulterius protrahi deberentur.

d. L. properandum 13. C. de jud. Perez. d. loc.

Poſteriori autem modo, haut ita ſtrictè præjudicatur partibus, licet enim ſemper judici parendum ſit.

C. quod quis. 24. de Reg. J. in 6.

attamen, quando cauſæ & circumſtantiæ allegantur, ritèque docentur, quarum causâ præcisè obtemperari judicis præcepto haut posſit, utique ob æquitatem alterutra pars, ſolet excuſari, ſiquidem æquitas utplurimum ſtricto præfertur Juri, & ejus ratio in omnibus eſt habenda judiciis.

L. placuit 8. C. de Judic. L. in omnibus 90. de R. J.

D. Carpz. Part. 1. conſt. 3. def. 17. n. 6.

Quatenus etiam pro notione ſumatur, de eo exaudienda ſunt judicia Doctorum in explicatione

L. notionem. 99. D. de V. S.

quomodo itidem vocabulum notionis ex LL. præcipuè accipi debeat, acutè ſatis tradit & examinat

Vult. tract. de judic. Lib. 2. c. 4. n. 457. & ſeqq.

19. Definitio. Definitionem autem quod attinet, Doctores non uno modo eam definiunt, mihi tamen præprimis placet ea, quæ hodiernis moribus utplurimum convenit, nempe quòd ſit, *De qualibet re ſtatuendi & ſtatuti exequendi poteſtas legitima,* quam definitionem amplectuntur,

D. Berlich. part. 1. Concl. 1. n. 6. D. Carpzov. Proceſſ. jur. Tit. 2. §. 1. n. 1.

20. Diviſio in ſuperiorem & inferiorem. Quemadmodum igitur, ut ex antecedentibus liquet, variè ſumitur, ita etiam, in varias diſpeſcitur ſpecies, quarum eas quæ hodiè utplurimum conſpiciuntur & in uſu ſunt, attingere paucis lubet;

Pri-

Primò quidem in Altam ſeu ſuperiorem, germanicè, die Ober Gerichte oder Peinliche Gerichte / Halß Gericht oder Blutban / & Baſſam ſeu inferiorem, die Erb- oder Nieder Gerichte;

D. Carpzov. in prax. rer. crim. part. 3. q. 109. num. 15.
Wehner. *obſerv. pract. voc.* Voigtey.

quam diviſionem nobiliſſimam jureque Saxonico maximè conſpicuam vocat

D. Hahn. Comm. ad *. *Weſembec. Tit. de jurisd. n. 8. p. m. 262.*

Expedit autem accuratè obſervare & diſtinguere, quæ res, ad alterutram dictarum pertineant ſpecierum, ut confuſio & turbatio jurisdictionum prorſus vitentur; Atque hinc in Electoratu Saxonico certa extat ordinatio provincialis de anno 1543. repetita ann. 1555. ſub Tit. Was zu Ober und Nieder oder Erbgerichten gehörig; unde hoc utplurimum dijudicari ſolet; Sereniſſimus autem Saxo neceſſarium maximè & proficuum exiſtimavit, Dominos Scabinos Lipſienſes adhibere in conſilium, eorundemque hac in re juris Reſponſum ſequi, ſincerius quippe ratus judicium, & integrum, quod plurium comprobatum eſt ſententia.

21. Accuratè diſtinguendæ ſunt ſpecies ſuperiorum & inferiorum Jurisdictionum.

C. prudentiam. 21. x. de offic. & poteſt. jud. deleg.

Elegans autem commemoratum jam Reſponſum juris Excellentiſſimorum Juriſconſultorum Lipſienſ. anno 1620. M. Febr. elaboratum, extat integrè apud

D. Carpzov. in prax. Rer. Crim. part. 3. quæſt. 109. n. 31. videatur etiam Peinlicher Sächſiſcher *inquiſition* und Achts*Proceſſ. Tit. 1. Art. 1. p. 12.*

Ex quo certè hauriri non difficulter poteſt, quomodo & quando aliud atque aliud, crimen, facinus & factum, vel

ad ſuperiorem vel inferiorem jurisdictionem pertineat, quòd ſi verò caſus offerat quidam ſeſe aut contingat, in dicto non expreſſus Reſponſo, utique ex ſimilitudine vel paritate rationis erit diſtinguendus, ponderandus, ſuoque legitimo collocandus loco.

Nic. Everh. à Middelburg. *Loc. à ſimili. 13. & loc. à pari. 14. ubi exempla & jura alleg.*

22 Eccleſiaſtica & ſecularis. Dividitur inſuper in Eccleſiaſticam & ſecularem; illa de perſonis & rebus ad Eccleſiam pertinentibus, hæc de profanis, intelligitur,

Matth. Steph. de jurisd. Lib. 3. part. 1. c. 1. n. 1. & 2.

atque exinde ſunt brachium (ut vocari ſolent) Eccleſiaſticum & ſeculare, ſive judex Eccleſiaſticus & ſecularis.

Reink. Tract. de Regim. ſecul. & Eccleſ. paſſim.

23. Jurisdictiones non ſunt confundendæ. Et quoniam hæ jurisdictiones, ſicut & cœteræ, hautquaquam cunfundi debent, igitur non eſt alterutro licitum alterius uſurpare vel turbare jurisdictionem,

C. novit ille. x. de jud.

in tantum, ut ſi, clerici leges politicas turbare præſumant, Magiſtratus ſecularis modis impedire poſſit legitimis eos, ne turbent reipubl. pacem.

D. Nicol. Rodriguez Fernoſ. Tract. de judic. & for. Compet. ad cap. qualiter & quando. x. de jud. q. 6. n. 6. p. m. 444.

24. Vnde principes Eccleſiaſticam & ſecularem jurisdictionem habeant. Mos autem improbus haut eſt Epiſcopum ſeculari in Imperio & Principem ſecularem Epiſcopali, vel Eccleſiaſtica, certo tamen reſpectu & modo non confusè, uti jurisdictione: Principes enim Imperii civilem jure territorii ſive Principatus vel Ducatus, ex Inveſtitura Imperatoria, habent, Eccleſiaſticam verò vigore tranſactionis Paſſavienſis, de Anno 1552. d. 2. Aug. & ſubſecutæ pacis Re-

Religioſæ de Anno 1555. §. Damit auch obberührte / etc. 20. qui Receſſus, in ſubſequentibus Comitiis Imperii variis comprobatus, in hunc usque viget diem; videatur

D. Gottfried *Suevus, in colleg. Theſ. ſecular. ad Pac. Relig. Diſput. 2. th. 1. Rumel. ad A. B. Diſſert. 1. theſ. 11. & ibid. addit.*

Ac proinde licet in perſonas Eccleſiaſticas nulli ſeculari Magiſtratui olim competeret jurisdictio, eidemque ne volentes quidem ordinis eiusmodi homines ſubjicere, ſive, ut loqui mos eſt, jurisdictionem illam prorogare ſine conſenſu Epiſcopi ſui potuerint, nihilominus hodiè ſuſpenſa jurisdictione, uſque ad univerſalem religionum concordiam Pontificiorum eccleſiaſtica, Proteſtantium Jurisdictioni ſubſunt perſonæ fori Eccleſiaſtici.

D. Gottfried. *Suev. dict. tract. Diſput. 4. th. 2.*

Quamobrem plerique Imperii Status inſtituerunt Conſiſtoria ſive judicia eccleſiaſtica, profanis & civilibus litibus in Cancellariis & aliis judiciis ſecularibus relictis.

Matth. Steph. dict. lib. 3. de jurisd. c. 1. n. 31.

Alia porrò eſt & dicitur Ordinaria ſeu Propria, alia extraordinaria ſeu mandata, quam diviſionem ubique frequentatam dicit *25. Propria & mandata.*

D. Carpzov. Proceſſ. jur. Tit. 2. §. 2. n. 19.

illa eſt quæ proprio alicui competit jure, ſeu quam quis vi muneris publicè delati habet

L. 5. D. de jurisd. D. Georg. Adam. Struv. Syntag. Jur. Exercit. 4. th. 60.

hæc, quam quis, mandato, beneficio & conceſſione eius in quo principaliter ſeu proprio Jure reſidet, exercet;

L. 1. §. 1. D. de Off. ejus, cui mand. D. Struv. d. loc.

ac

ac utplurimum hæc in Commiſſariis conſpicitur.

Gail. Lib. 1. Obſ. 35.

quæ autem mandari poſſint, quæ non, item quomodo, & quando Jurisdictio mandata finiatur, poſt alios tradit

D. Georg. Adam. Struv. Syntagm. Jur. Exercit. 4. th. 39. 40. 41. 42. & 43. quo brevitatis ſtudio me refero.

26. Contentioſa & voluntaria. Alia inſuper dicitur contentioſa, alia voluntaria per

L. 2. ff. de offic. Proconſ. ibi. habent jurisdictionem, ſed non contentioſam ſed voluntariam: Vult. Tract. de judic. Lib. 1. c. 4. n. 19.

Atque hinc ſunt actus contentioſæ & voluntariæ Jurisdictionis, illius nimirum, quando neceſſe eſt, ut coram judice competente, præviâ cauſæ cognitione ordinaria vel etiam ſummaria, res peragi debeat: huius autem ubi eiusmodi cognitio præcisè haut requiritur, & coram judice quovis poſſunt expediri.

D. Carpz. Proceſſ. Jur. Tit. 2. §. 3. n. 32.

Illa, contentioſa nempe, exercetur cum jus redditur invicem contradicentibus & invitis, hæc ſcilic. voluntaria, in idem conſentientibus, huius etenim actus non fiunt invitis, ſubditis ſed volentibus, nec petunt judicem pro tribunali ſedentem.

Vult. d. tract. lib. 3. c. 1. n. 2. & ſeq. Gloſſ. in d. L. 2. de off. Proconſ. Sanch. de Matrim. Lib. 3. Diſp. 19. n. 7.

illa etiam neceſſaria dicitur, quia reus in Judicium vocatus tenetur ibi neceſſariò reſpondere.

D. Nicol. Rodriguez. Fermoſin. Tract. de judic. & for. Comp. ad tex. in cap. poſtulaſti 14. x. de for. comp. quæſt. 2. n. 19. p. m. 69.

27. Prorogata, Spontanea & legalis. Tandem quoque alia Prorogata dicitur, quando nempe partes, in eum qui aliàs competens Judex haut eſt, conſentiunt.

L. 1.

L. 1. & 2. D. de judic. L. 1. C. de juriſd. Perez. in Cod. de juriſd. omn. jud. n. 15.

quæ rectiſſimè diſtinguitur in *ſpontaneam* & *legalem* ſeu *neceſſariam*, illa conſenſu fit aut expreſſo, eoque aditione judicis firmato,

L. ſi convenerit. 18. D. de juriſd.

aut tacito, qui intelligitur ex litis conteſtatione eius, qui aliàs forum declinare poſſet.

L. 4. C. eod. D. Georg. Adamus Struv. dict. Exercit. 4. th. 59.

Hæc, nempe legalis ſeu neceſſaria, non tam conſenſu expreſſo fieri dicitur, quam ex diſpoſitione legis, puta, quando aliquis contra aliũ in judicio agit, quod aliàs citra inſtitutam actionem, non eſt forum competens intuitu Actoris, utique etiam cogitur judicem eundem, contra ſe admittere, in tantum ut à Reo reconveniri ibidem poſſit; cuius enim in agendo obſervat arbitrium, eum habere contra ſe judicem in eodem negotio non dedignetur, ut loquitur Juſtinian. in

L. cum Papinianus 14. C. de ſent. & interl. omn. jud. Carpz. Proceſſ. jur. Tit. 6. Art. 3. §. 2. n. 11. & ſeqq.

Verum ſpontanea, hodiè utplurimum ab uſu & foro receſſit.

D. Georg Adam Struv. d. loc.

Quid ſit inſuper communicabilis & incommunicabilis, de iis videatur

Gilman. rer. judic. Cam Imp. lib. 2. Deciſ. 54. n. 28. & ſeqq.

Finis autem Juriſdictionis omnis præcipuus eſt, ut religio conſervetur & pax, finiantur lites & reddatur cuique ſuum, & ut verbo dicam, ſalus reipubl. *18. Finis juriſdictionis.*

 D. Carpz.

D. Carpz. lib. 3. Juriſp. Eccleſ. tit. 1. def. 1. n. 5. Weſembec. π. h. t. n. 13. vid. D. Hahn. Comm. ibid. ubi de effectu plura addit, de quibus ſequenti capite circa finem paucis dicetur.

29. *Fructus.* Fructus Jurisdictionis utplurimum ſunt, Mulctæ, confiſcationes &c. de quibus vid.

Mundius Vol. 2. Conſil. 1. n. 77. & ſeqq.

CAPUT II.

DE TURBATIONE.

SUMMARIA.

1. Nemini permiſſum eſt ſe ipſum vindicare.
2. Contra Turbatores P.P. pœnâ banni proceditur.
3. Requiſita Turbationis P.P.
4. Tenor conſtitutionis de P.P.
5. Turbatores P.P. actione criminali & civili ſimul pulſari poſſunt.
6. Pœna aliquando arbitraria imponitur.
7. Nemo etiam privatim turbari debet.
8. Quomodo re vel verbis fiat turbatio.
9. Turbatio Jurisdict. Primæ vel ſecundæ inſtantiæ.
10. Quomodo Imperium Rom. à Papa turbetur.
11. Notabilis reſponſio Galliæ Regis ad Papam.
12. Evocationes extra Imperium planè ſunt prohibitæ.
13. Imperator coram Palatino Competens accipit forum.
14. Imperator ut Dux vel Comes coram Palatino non convenitur.
15. Imperator Status Imperii coram competentibus ipſorum judicibus debet convenire.
16. Superior aliquando citra turbationem primæ inſtantiæ cauſam poteſt avocare.
17. Turbatio inſtantiæ appellationis.

18. Pen-

18. Pendente appellatione, Judex à quo nihilominus quædam expedire poteſt.
19. Per interpoſitionem appellationis aliquando fit turbatio.
20. Ab Executoribus interdum turbatur jurisdictio.
21. Turbatio inter pares.
22. Inhibitus non ſemper parere Judici neceſſe habet.
23. Turbationis probatio.
24. Summariſſimum poſſeſſorium.
25. In ſummariſſimo poſſeſſorio ſubſtantialia Proceſſus ſunt obſervanda.
26. Poſſeſſionis ſequeſtratio.
27. Mandatum de manutenendo.
28. Judicium Jurisdictionale.
29. An mixta ſit poſſeſſoria Jurisdictionis conqueſtio?
30. Quid obtineat in for. Sax.
31. Remed. poſſeſſ. & petitoria.

EGregiè admodùm Jure noſtro & ſalubriter cautum eſt, quòd regulariter nemini, ſibi ipſi jus dicere, nec propriâ ſe vindicare authoritate liceat, idque haut difficulter patet ex decreto Divi Marci, in hæc ſcribentis verba: *Optumum eſt, ut ſi quas putas te habere petitiones, actionibus experiaris, cum Marcianus diceret, vim nullam feci, Cæſar dixit, tu vim putas eſſe ſolum ſi homines vulnerentur, vis eſt & tunc, quoties quis id, quod deberi ſibi putat non per judicem repoſcit;* *1. Nemini permiſſum eſt ſeipſum vindicare.*

Text. in L. extat enim. 13. D. quod met. cauſ. D. Grake de Auth. Priv. in proem. n. 2.

Idque propter publicam tranquillitatem, ne ſi hoc ſingulorum permittatur arbitrio quod per Magiſtratum expediri poteſt publicè, tumultus præbeatur occaſio.

L. non eſt ſingulis. 176. D. de R. J. Gail. tract. de pign. cap. 12. n. 3.

Ac propterea graviſſimæ ſunt conſtitutæ pœnæ contra illos, qui propriâ ſeſe vindicant authoritate.

L. ſi quis in tantam. 7. C. unde vi. Gail. de P.P. lib. 1. c. 1. n. 34. Mynſing. Cent. 5. Obſ. 59. n. 7. Brunnem. in d. L. 7. tot. Tit. D. de vi pub. & priv.

2. *Contra Turbatores P.P. pœnâ banni proceditur.* Sic contra turbatores & fractores pacis publicæ pœnâ banni Imperialis proceditur coercenturque mulctâ 2000. Marcarum auri puri & perditione privilegiorũ ab Imperatore conceſſorum.

Receſs. Imp. Wormatienſ. ſub Carol. V. Anno 1521. Tit. die *pœn* aller Friedbrecher *& tit. ſeq.*

Imò etiam pro qualitate & facti circumſtantiis (ſiquidem pœnæ delicto commenſurari debent) pœnâ gladii crimen eiusmodi coerceri poteſt.

Dn. Carpzov. Part. 4. Conſtit. 13. def. 1. n. 4. vid. Conſtit. Carol. V. Crimin. art. 128. & 129. ibiq; Matth. Steph.

3. *Requiſita Turbationis P.P.* Ut autem pax publica dicatur fracta, tria ſolent ſimul & cumulativè requiri; primò vis publica major quàm ut ei poſſit reſiſti; ſecundò vis armata, coactâ & coadunatâ hominum turbâ, & tertiò dolus ſeu voluntas offendendi deſtinata, præcedente conſilio & datâ operâ.

D. Carpz. d. conſt. 4. def. 2. n. 6. & ſeq.

Quandoquidem verò in jure civili, tam ob vim atrocem & publicam, pœnæ L. Juliæ de vi publ. quam ob privatam L. Jul. de vi priv. conſtituta fuerint, quæ hodie arbitrariæ ſunt.

D. Georg. Adam Struv. Syntagm. Jur. Exercit. 49. Tit. VI. th. 46. & tit. VII. th. 49.

4. *Tenor Conſtitutionis de P.P.* attamen atrocius memoratum committentes crimen, frangentesque pacem publicam incidunt in dictam pœnam à Maximil. I. Ann. 1494. & Carol. V. Anno 1521. & Anno 1548. communi calculo & ſuffragio Imperii Proce-

rum

rum conſtitutam, in qua habetur, daß keiner den andern ſeiner poſſeſſion Inhabens oder Gewehr / es ſeyn Schlöſſer/Städte/Dörffer/Zinß/Gülden / liegende und fahrende Haab und Güter/Jurisdiction, Gericht / Waſſer / Weide/ und aller andern Gerechtigkeit/nichts ausgenommen / mit gewehrter Hand/und gewaltiger That freventlich entſetzen/ ſondern ein ieder den andern / bey dem ſeinigen geruhlich und unverhinderlich bleiben laſſen / und keiner den andern/ mit der That vergewaltigen oder beſchweren ſoll; Wie dann die ſo darwider handlen / mit der That in des Reichs Acht gefallen ſeyn ſollen / und alsbald ſie in die Acht von dem Reich erkläret/iſt einem ieden ihr Leib und Guth erlaubet/ **daß niemand daran freveln oder verbrechen mag**/wird geſetzt vom Fried in den Unfried/und alle Verſchreibungen und Obligationes, ſo ihnen zuſtehen / darauff ſie gegen anderen Forderungen haben/ werden auffgehaben und caſſiret, und werden ihrer Lehngüter verluſtiget / und weil ſie in der Acht ſeyn/ vor unredlich geachtet und gehalten/&c.

Atque hæc conſtitutio locum ſibi vendicat, non tantummodo ſi fractores & turbatores Pacis publicæ armis fuère realiter & effectivè uſi, ſed & ſi iisdem veniant ſaltem, & terrore eorum intentatam vim ad effectum perducant propter

L. quod eſt. §. 3. D. de vi & vi arm.

Præterea ſi eveniat, ut delinquentes iſti judicio Camerali immediatè ſubjecti haut ſint , attamen coram ſummo iſto tribunali poſſunt conveniri, non obſtante, quod ipſo jure ſint banniti, ſiquidem præcedente citatione, per ſententiam declarari violatores pacis publicæ debent; & notandum eſt, licet aliàs, regulariter, nemo

actione criminali & civili ſimul principaliter pulſari que-
at, attamen utrâque in hoc negotio experiri licet, ita ut Reus ſtatutâ puniatur pœnâ, & reſtitutio rei occupatæ cum damno, intereſſe & expenſis, parti læſæ fiat: quod etiam expreſsè patet ex dict. conſt. ibi: Daß in des Beſchädigten und Entſetzten Willen und Gefallen ſtehe / auff die Pœn der Rechten und des Landfriedens ſämbtlichen / oder deren eine inſonderheit und umb die zugefügte Vergewaltigung oder Entſetzung/mit und neben obgemeldten Pœnen, oder aber allein principaliter und inſonderheit den Landfriedbrecher vor dem Cammergericht vorzunehmen und zu verklagen/&c. & eſt rubrica im Landfrieden Tit. 10. daß am Cammergericht nicht allein auff die Pœn, ſondern auch umb die zugefügten Schäden und Entſetzung principaliter mag geklaget werden;

5. Turbatores P.P. Actione Criminali & civili ſimul pulſari poſſunt.

Videatur Andr. Gail. d. Tract. d. P. P. paſſim.

6. Pœna aliquando arbitraria

Cumque expreſsè in conſtit. Pacis Publicæ de anno 1521. Tit. 20. ſancitum ſit, per conſtitutionem illam, alias leges civiles, & jura communia vel provincialia, alias quoque pœnas in hujusmodi violentos invaſores & occupatores poſſeſſionum ſtatuentia, haut eſſe abrogata, igitur pro ratione temporis, locorum, perſonarum, aliarumque circumſtantiarum, vel grandior vel remiſſior, pro arbitrio judicis infligi poteſt pœna, per ea quæ tradit

D. Carpz. dict. part. 4. conſt. 13. & 14. per tot.

7. Nemo etiam privatim turbari debet.

Quemadmodum igitur vis publica ob intereſſe civium & reipubl. ſeverius prohibita eſt, ita nec privatim cuipiam injuriam vel vim inferre licet, ſed ſi cauſam quis contra alium habeat, legitimè pertractanda ea judicio eſt

Per d. l. extat. 13. D. quod met. cauſ. l. un. C. ne quis in ſua cauſ.

Tur-

Turbatio autem vel re vel verbis committi ſolet: Re quidem variis modis, puta quando quis alium in poſſeſſione ſua vel quaſi realiter facto quodam turbat: Verbis autem utplurimum, ſi ad ſe id pertinere adſerit, vel prohibet, cujus poſſeſſionem vel quaſi habet alius. Idque haud difficulter ex mente Ulpiani, dijudicare licet, ita ſtatuentis: *Hoc interdictum ſufficit ei qui ædificare in ſuo prohibetur, etenim videris mihi poſſeſſionis controverſiam facere, qui prohibes me uti meâ in poſſeſſione in* 8. *Quomodo Re vel verbis fiat turbatio.*

L. ſi duo. 3. §. 2. D. uti poſſid. D. Carpz. lib. 1. Reſp. Jur. Tit. 3. Reſp. 31. n. 5. & ſeqq. vid. omnino Menoch. Rem. ret. 3. quæſt. 62. ubi 28. modos turbationis recenſet.

Jura itaque injuſtas omnes prohibent violentias, quare pluribus etiam modis ſuccurrunt ſpoliatis & vim paſſis, via tam criminali, quàm civili, tam per modum agendi quam excipiendi.

c. cum dilectus. 2. & c. ſuper ſpoliatione ult. x. de ord. cognit. §. recuperandæ 6. de interd. & ibi Interpp.

Jurisdictio autem ſive ejus quaſi poſſeſſio, alicui competens turbatur vel in prima vel ſecunda ſeu appellationis inſtantia, vel etiam extrajudicialiter, & fit turbatio ut plurimum ſi quis ſub ſpecie recti, ad ſuum forum trahere autumat id quod ad alienum ſpectat; Qua in re obſervanda eſt præcipuè fori competentia. 9. *Turbatio Jdictionis prima vel ſecunda Inſtantia.*

Et ut à principaliori ordiar, haut incognitum eſt Ipſum etiam Romanum Imperium aliquando, imò ſæpius turbari, & quidem à Pontifice Romano, qui ſe Imperii & Invictiſſimi Imperatoris noſtri Judicem ſat arroganti ſupercilio profitetur haut tantum, ſed etiam Imperium ceu feudum ſibi aſſerit, cum tamen iſta aſſertio 10. *Quomodo Imperium à Papa turbetur.*

vel

vel prætenſio (de qua inter magnanimum Heroem Fridericum I. Ænobarbum Imperatorem & Hadrianum IV. Papam, vehementiſſimè agitata lis fuit,) communi Procerum Imperii conſenſu ſit deciſa ac definita, in tantum ut Ludovicus IV. Ao. 1338. generaliter ſanxerit, neminem ſub pœna criminis læſæ Majeſtatis, privationis feudi, dignitatum, Jurisdictionum & privilegiorum omnium, Imperium à Papa dependere vel ei ſubjectum eſſe, arbitrari debere; quam conſtitutionem refert integram

Theod. Reink. de Reg. ſec. & Eccl. Lib. 1. Claſſ. 2. c. 4. n. 3.

11. Notabilis reſponſio Galliæ Regis ad Papam.

Imò nec Regia Galliæ poteſtas tantum admittit præjudicium: Hinc cum Bonifacius VIII. ad Philippum pulchrum Galliæ Regem his ſcriberet verbis: *Scire te volumus, quod in temporalibus & ſpiritualibus nobis ſubſis.* Rex reſpondit eidem: *Philippus Dei gratia Francorum Rex Bonifacio ſe gerenti pro ſummo Pontifice, ſalutem modicam ſive nullam: ſciat tua magna fatuitas, in temporalibus nos nemini ſubeſſe:*

Rumelin. ad A. B. Part. 1. Diſſ. 5. th. 5.

Quare & à Majeſtate Cæſareâ, vel Camerâ Imperiali ad Pontificem appellans, tanquam contemptor & turbator jurisdictionis Imperialis mulctatur 100. marcis auri puri.

Reink. d. loc. t. 8. 9. & 10. Aut. Deciſ. Cam. Imp. ſub tit. Appellare quibus. Chriſt. Barth. Tom. 1. ſent. Cam. fol. 339.

12. Evocationes extra Imperium planè ſunt prohibitæ.

Quin & in noviſſimâ Imperii conſtitutione omnes provocationes ad Papam vel ejus nuncios in civilibus, uti & aliæ evocationes extra Imperium planè prohibentur & Proceſſus caſſantur omnes.

Receſſ. Imper. de Ao. 1654. §. 164. ibi; Alß ſich dan auch

Umb

Umb Abſtellung dergleichen zu Abbruch und Schmäle-rung unſerer und des heiligen Reichs Hoheit/ auch confuſion der Jurisdiction gereichender unordentlichen/ nachtheiligen Proceduren, durch bequemliche thunliche Mittel/ der Gebühr erſuchet; So wollen wir in Erinnerung/ was auch dieſer Sachen bereits im Jahr 1548. den 3. Octobr. von unſerm geliebtem Vorfahren am Reich Käyſer Carl dem fünfften an die Stände des Reichs vor reſcripta und mandata de non evocando vorgangen / an den Päbſtlichen Stuel zu Rom / hierin die Nothturfft dahin beweglich gelangen laſſen/ damit den Nunciis dergleichen unzuläſſiges Verfahren im Reich und über deſſen Glieder und Unterthanen / mit Ernſt verboten / und fürters nicht mehr geſtattet/ und da dergegen ichtwas attentiret oder gehandelt würde/ ſolches keine Krafft haben/ ſondern wiederumb caſſiret/auffgehoben/ auch insgemein die Evocationes vor frembde Gerichte / und außerhalb des Reichs/ wie ſie denn ohne das / bey unſerm Reichs-Hoffrath/ und Cammergericht nicht geachtet / keineswegs zugelaſſen ꝛc.

Quantumvis igitur Imperator à Papa judicari haut debeat, nihilominus tamen ipſe coram Palatino competens accipit forum, idque ob *13. Imperator Coram Palatino competens accipit forum.*

Text. in Aur. Bull. Carol. IV. Tit. V.

ibi: *& quamvis Imperator, ſive Rex Romanorum ſuper cauſis, pro quibus impetitus fuerit, habeat, ſicut ex conſuetudine introductum dicitur, coram Comite Palatino Rheni, ſacri Rom. Imperii Archidapifero, Electore Principe, reſpondere; illud tamen judicium, Comes ipſe Palatinus, non alibi præterquam in Imperiali Curiâ, ubi Imperator ſeu Romanorum Rex præſens extiterit, poterit exercere*; ac dicendum videtur ex liberali Imperatoris voluntate (poſtmodum longævâ

D con-

conſuetudine firmatâ) eſſe, quòd & ipſe velit coram Electore Palatino comparere, vid.

Rümel. ad A.B. part. 1. diſſert. 5. th. 7.

14. Imperator ut Dux vel Comes coram Palatino non convenitur

Declarandum autem videtur illud procedere, ſi ut Imperator & Rex Romanus conveniatur, aliàs ſi ut dux vel comes lite pulſetur, in foro ſortiendo utitur eodem jure, quo quilibet alius dux vel comes nulla Imperialis ſuperioritatis habita ratione.

Herm. Vult. ad L. 1. n. 9. C. ubi Senat. vel Clariſſ. Gerlach. Buxtorff. diſſert. ad A.B. concl. 64. lit. B. in fin.

Ex adverſo ſi imperator aliquem Imperii Statũ, lite pulſare velit, utique id modo etiam debet fieri legitimo; Jure civili quidem conſtat, ſupremum principem hac frui prærogativa ut in propriâ ſibi jus dicere cauſâ poſſit, ſiquidem Magiſtratus inferior in ſuperiorem haut habeat Imperium

L. 4. D. de Arbit.

idque conſtat ex eo, quòd Tiberius Cæſar in cauſa ſervi ſui Parthenii, cui alius ſubſtitutus erat, ſibi jus dixerit,

L. & hoc Tiberius. 41. D. de hæred. Inſtit.

15. Imperator Status Imperii coram competentibus ipſorum judicibus debet convenire.

Verùm hodie ſecus eſt, ſiquidem Imperator conventurus Imperii Statum quendam, litem coram competenti Rei judice inſtituere, eamque ibi finire tenetur, ceu noviſſimè poterit videri ex

Capitulat. D. Ferdinandi IV. Art. 12. & imprimis glorioſiſſ. Imperat. moderni Leopold. I. Art. 15.

ibi: Sondern wo wir oder jemand anders/ zu ihnen (ſc. den Ständen) oder einen inſonderheit zuſprechen / oder einige Forderung vorzunehmen hetten / dieſelbe ſollen wir ſampt und ſonders/ Auffruhr / Zwitracht/ und andere Unthat im

H. Röm.

H. Röm. Reich zu verhüten / auch Fried und Einigkeit zu erhalten/vor die ordentliche Gerichte/nach Außweiſung der Reichs Abſchieden / Cammergerichts / Executions-Ordnung/und neulich zu Münſter und Oßnabrück auffgerichteten Friedenſchluß/auch zu Nürnbergk darauff erfolgten Edicten, zu Verhör und gebührlichen Rechten ſtellen / und kommen laſſen.

add. Limn. in annot, ad Capit. Carol. V. art. 20.

Etenim ſicut Imperator & Imperium turbari ſeſe haut ſinunt, ita quoque eiusdem ſtatus & ordines, maximè qui privilegiatas habent inſtantias, circa eas haut ſunt turbandi, ac licet conſtitutum in noviſſimis Imperii ſit comitiis, ne facilè privilegia primæ inſtantiæ concedantur.

Receſſ. Imp. de anno 1654. §. Weil auch der Stände/116. ibi. Die Notturfft Väterlich beobachten/und mit conceſſion der Privilegien erſter inſtantz, oder ſonderbahrer Außträge/uff die jenige/welche dieſelbe bißher nicht gehabt / oder hergebracht/fürter an uns halten etc. attamen qui hactenus iſtas habuêre, adhuc absque ulla turbatione tuti eſſe debent.

d. Receſſ. Imp. §. Was den Churfürſten *168. de quib. omnib. vid. Ordin. Cam. Part. 2. Tit. 2. 3. 4. & ſeq. Roding. Pandect. Cam. Lib. 1. Tit. 4. c. 1. & ſeq. D. Schubard. Tract. de Auſtreg. per tot.*

Quòd ſi verò coram judice inferiori, inter partes quaſdam lis agitetur, poterit Dominus ſuperior, cauſam ab inferiori, Jurisdictionem à ſe recognoſcente, citra ullam turbationem, certis ex cauſis avocare, eique mandare, ut judicare ſuperſedeat, quouſque ipſe Dominus viderit an juſtitia an verò injuſtitia fiat & cum detrimento paritum circa illam aliquod committatur.

16. Superior aliquando citra turbationem Jdictionis primæ inſtantiæ cauſam poteſt avocare.

 D. Berl.

D. Berl. part. 1. Deciſ. 158. n. 21.

Eſtq; ratio, quod ſuperior vi juris territorii ſublimis ceu ſummus juſtitiæ cuſtos & ſacerdos curare debeat, ne alii atque alii injuria ab inferiori judice inferatur, juſtitiaque denegetur, etſi enim hodie regulariter avocationi cauſarum haut ſit locus, & jurisdictio inferioris à ſuperiore per avocationem, quando ipſi libuerit, turbari haut debeat,

Carpz. Proc. Jur. Tit. 3. Aſt. 4. §. 7. n. 98.

Quòd ſi tamen ſufficiens & prægnans avocationis cauſa reverâ appareat, puta judicis ſuſpecti, (cui etiam alius adjungi ſolet) litis nimium protractæ, &c. tantum abeſt tum avocationi locum fore denegandum, idque procedit etiamſi judex inferior ordinariam habeat jurisdictionem ut potius è re pariter ipſorum litigantium & reipub. ſit cauſas avocari.

Robert. Lancell. de attent. p. 2. c. 10. n. 35.

Tutiſſima namque via eſt, ut, judice inferiore complementum juſtitiæ haut exhibente, ad ſuperiorem cauſa devolvatur.

c. licet. 10. & c. ex tenore. 11. x. de for. comp. D. Carpz. Proceſſ. jur. Tit. 3. Art. 4. §. 7. n. 100. & ſeqq.

In appellationis Inſtantia, turbatio utplurimum ſe-
17. *Turbatio Inſtantiæ appellationis.* ſe exerit per attentata, quoniam appellatione interpoſita regulariter ſuſpenditur jurisdictio inferioris, ita ut fieri aliter haut poſſit, quin, ſi aliquid attentet, turbetur ſuperioris jurisdictio, præcisè etenim ſancitum eſt, *appellatione interpoſitâ, ſive ea recepta ſit ſive non, medio tempore innovari nihil oportere: ſiquidem recepta fuerit appellatio, quia recepta eſt, ſi vero non ſit recepta, ne præjudicium fiat, quoad deliberetur, utrum recipienda ſit appellatio an non ſit,* verba ſunt Ulpiani

in

in L. un. D. nihil. innov. appell. pend.

Quod tamen hodiè quodammodo non ita ſtrictè obtinere videtur, ac ſi judex inferior ſive à quo, planè nihil interpoſita appellatione facere poſſit, etenim, licet decretis in Camera Imp. Proceſſibus perfectis, ſive ut vocant integris (völlige Proceß am Käyſerl. Cammergericht erhalten) quibus eſt inſerta inhibitio, utplurimum ſine clauſula juſtificatoria, annexâ pœnâ certarum Marcarum auri puri, & judici à quo ritè inſinuatis, imò etiam durante interpoſitionis decendio:

Scacc. de Appellat. quaſt. 15. n. 75. Limit. 2.

ulterius is procedere in cauſa haut debeat: Poterit tamen inhibitione non obſtante, expedire quædam ac inſtituere, quæ ſunt juris, quoniam inhibitio ea tantum prohibet quæ ſunt facti; ſi quidem omnia quæ fiunt, in faciliorem appellationis exitum, jure permittente fieri dicantur. Poteſt nempe judex à quo, pendente appellatione providere, ne quis in poſſeſsione ſuâ turbetur, ad petitionem victoris deſcribere fructus, examinare teſtes ad perpetuam rei memoriam, debitorem appellantem de fuga ſuſpectum capere, ſi dilapidationis indicia adſint, rem ipſam & fructus ſequeſtrare, hæc enim omnia in faciliorem exitum fiunt appellationis, & res de qua litigatur, conſervatur integra, atque hæc omnia citra ullam turbationem jurisdictionis ſuperioris fieri cenſentur.

18. *Pendente appellatione judex à quo nihilominus quædam expedire poteſt.*

Roding. Pandect. Camer. lib. 3. Tit. 11. p. m. 542. Lancell. de Attent. p. 2. cap. 20. atq; hoc in prægnanti cauſa practicatum vidi.

Per appellationem inſuper ipſam aliquando jurisdictio alicujus turbatur intermedii ſcil. judicis tam à parte appellante ipſâ, quam à judice infimo qui appellationi defert;

19. *Per interpoſitionem appellationis aliquando ſit turbatio.*

defert; Ipſa quidem pars appellans turbat prætereundo intermedium, hic autem quia detulit appellationi, ſciens ad intermedium cognitionem de ea pertinere; atque tum fieri ſolet, ut ad inſtantiam judicis intermedii, ſuperior faciat caſſari citationem & Proceſſum, ac partem appellantem condemnare in expenſas; notum namque eſt, quod interpoſitio appellationis fieri debeat gradatim & non per ſaltum, ut loquuntur, hoc eſt ut fiat ad judicem immediatè ſuperiorem, nullo intermedio omiſſo.

Ord. Cam. part. 2. tit. 29. §. 1. Gail. 1. O. 119. num. 2. Mynſ. 1. O. 67.

20. *Ab executoribus interdum turbatur jurisdictio.*

Sic etiam Executores ſeu Judices executionis finitâ Inſtantiâ, (vel etiam ſi cauſa offerat ſeſe, ubi citra interpoſitam appellationem illa executioni mandatur,) & cauſa ad judicem à quo (vel ad eum ubi bona victi ſita ſunt) pro facienda executione remiſſa, alterius judicis vel prorſus extranei, vel ſuperioris, ſæpius jurisdictionem turbant, admittendo vel arrogando ſibi circa executionem faciendam ea, quæ vel ad remittentem vel etiam requirentem judicem, ob connexitatem pertinent. Notum etenim eſt, regulariter executorem præcisè, ſive requiſitorialibus, ſive mandato executoriali inhærere debere, nec quicquam expediendū aſſumere, quod vel ad requirentis vel remittentis ulteriorem cognitionē & jurisdictionem pertinet, quòd ſi tamen pars, contra quam decreta & inſtituta executio eſt, adhuc exceptionem opponat, utique expedit arbitrari, an contra paratam executionem ea locum habeat, & num executor cognoſcere de oppoſita valeat exceptione, admittendas enim rationabiles eſſe haut difficulter patet ex

Cap. ex parte 2. in princ. x. de O. j. deleg. pr. inſt. quib. mod. toll. obl. L. creditores 5. C. de pact.

ubi

ubi habetur, quod non obſtante formâ in literis præſcriptâ, delegatus debeat rationabiles exceptiones admittere, neque enim credendum eſt eum qui jura tuetur hujusmodi reſcripto totam obſervationem & uſurpationem exceptionum, multis vigiliis excogitatam atque inventam velle evertere, & quia Actor munitus galeâ executionis paratæ, Reum inſultat, ratio poſtulat juris Reo haut denegari ſuas exceptiones, quæ dicuntur arma conventorum, ut loquitur

Matth. Coler. de proceſſ. Exec. part. 4. c. 1. n. 3. & 4.

Quod etiam in terris ſaxon. obtinet, ubi non tantum ſolutionis & compenſationis in continenti tamen liquidabiles, ſed etiam aliæ quædam exceptiones admittuntur, non obſtante quod exceptiones peremptoriæ in litis conteſtatione ſint opponendæ, de quibus videri poteſt

D. Carpzov. Lib. 2. Reſp. Jur. tit. 1. Reſp. 2. & ſeqq.

Quæ autem ad executorem merè vel mixtè talem pertineant, quæque ille citra turbationem expedire poſſit, latius deducit & examinat

Scacc. de appellat. quæſt. 17. Limit. 10. Coler. d. loc. & ſeqq.

Porrò inter pares vel inferiores quando ſit turbatio & alter realiter alterius ditionem invadit, actus Jurisdictionales exercendo, puta pignorando, mulctando, vel aliud quicquam admittendo, quod turbationem ſapit, poterit turbatori vi licitâ & propriâ reſiſti authoritate: vim enim ejusmodi contrariâ vi repellere licere indubitati juris eſt, cum melius ſit intacta ſibi jura conſervare quam poſt vulneratam cauſam quærere remedium. 21. *Turbatio inter pares.*

L. ut

L. ut vim. D. de j. & j. L. fin. C. in quib. cauſ. reſt. in int. non eſt neceſſ. L. 1. C. quando lic. unic. ſin. jud. ſe vind. Greg. Thol. Synt. Jur. Civ. lib. 36. c. 21. n. 15.

Atque vis ejusmodi & turbatio armis quoque poteſt propulſari, maximè ſi armis fiat.

L. quod eſt. 3. §. 9. D. de vi & vi arm.

ibi: *eum igitur qui cum armis venit poſſumus armis repellere, ſed hoc confeſtim non ex intervallo, dummodo ſciamus non ſolùm reſiſtere permiſſum ne dejiciatur, ſed etſi dejectus quis fuerit, eundem dejicere non ex intervallo ſed ex continenti*; quamvis autem lex iſta videatur loqui ſaltem de violentia expulſiva non autem turbativa, attamen conſtat facilè, quòd ſi quis armatus in alterius ditione vel diſtrictu actus jurisdictionales exercere autumet, utique haut aliud faciat, quam ut poſſidentem non tantùm turbet, ſed & quaſi poſſeſſione jurisdictionis ſpoliare intendat, aut ad minimum litigioſam efficere ſtudeat. hinc ſi alter præ altero, poſſeſſionis vel quaſi commodum appetit, vel alterum alter turbat, utplurimum litigioſa fieri dicitur poſſeſſio; quare communiter maximè in foro Saxon. à ſuperiori petitur, ut contra turbantem inhibitionem decernat, mulctam dictitet, ad cautionem de non amplius turbando (licet tum ordinariè agi dicatur) adverſarium adigat, quemadmodum multoties de quaſi poſſeſſione jurisdictionis, ſervitutum, juris venandi, lignandi, piſcandi, &c. inhiberi videmus, ſiquidem non ſolùm rerum corporalium poſſesſionem, ſed & incorporalium quaſi poſſesſionem ſua ſequantur commoda & hæc quoque ab onere relevet probandi;

Maſcard. de prob. Concl. 1194. n. 25. & ſeqq. D. Carpz. Reſp. Jur. Lib. 1. Tit. 3 Reſp. 22. n. 5.

Cui

Cui inhibitioni pars adverſa parere habet neceſſe regulariter, ceu prætoris interdicto, in cujus locum hodie inhibitiones ſive mandata cum clauſulâ juſtificatoriâ ſunt ſurrogata maximè in foro Saxonico.

Petr. Frider. Mind. de interd. c. 7. n. 16. & c. 14. n. 30. & ſeqq. Carpz. d. loc. Reſp. 19. n. 5.

Dixi *regulariter*, etenim nonnunquam evenit ut inhibitus non teneatur præcisè ſtare inhibitioni, ſi nempe juſtificare illam, ſuæque aſſertæ poſſesſionis vel quaſi cauſas legitimas & ſufficientes adferre velit, tum enim quaſi tollitur inhibitio ob clauſulam, quod ſi verò pareat, mandatum judicis reſolvitur in ſimplicem citationem. *12. Inhibiti non ſemper Judici parere neceſſe habet.*

Gilmann. Rer. judic. Cam. Imp. Lib. 2. Deciſ. 1. n. 1. atque hoc importat clauſula inſerta inhibitioni, *ſi ſenſeris te gravatum, compareas coram nobis*, quæ vim citationis habet, cum abſque clauſula jüſtificatoria inhibitio emanata regulariter ſit ipſo jure nulla.

Carpz. d. lib. 1. tit. 3. Reſp. 20. n. 4.

ſcilicet quia Reo quaſi tollitur omnis defenſio, & ejusmodi reſcriptum intelligitur per importunitatem impetratum, item ex prava & infideli relatione vel ſugeſtione partis.

Matth. Coler. de Proceſſ. execut. part. 1. c. 2. n. 276.

Hinc D. Carpz. d. loc. dicit inhibitionem eſſe præceptum alternativum, & in alternativis ſufficere alterutrum adimpleri, atque ita inhibitum haut habere, de quo conqueratur, cùm ſe gravatum exiſtimans, haut parere teneatur, modo poſtea in termino præfixo, cauſam non factæ paritionis juſtificare ac poſſesſionem vel quaſi prætenſam ſufficienter demonſtrare ac tueri valeat.

 Cœ-

Cœterum quaſi poſſesſio jurisdictionis apud eum, qui turbatur, eminere debet, ſiquidem aliàs non poterit de turbatione jure conqueri, cum non entis nullæ ſoleant eſſe affectiones, oſtendit autem ſeſe illa per actus Jurisdictionales exercitos, puta adminiſtratione & executione juſtitiæ, ex præceptis ſeu citationibus transmiſſis, dummodo paritio ſubſecuta fuerit, carceratione, erectione furcarum, ſtatutis, edictis, decretis promulgatis &c. vid.

Maſcard. de prob. in verb. jurisdictio Concl. 946. Ludov. Poſt. de manut. Obſ. 31. per tot. ubi plures actus jurisdictionales recenſet.

23. Turbationis probatio.

Turbationis autem probatio haut ita difficilis ſolet eſſe, quin ſtatim vel ex eo appareat, quando alter qui turbavit vel judicialiter vel extrajudicialiter cõtradicit, aliumque in lite facit conſiſtere; quod ſi neget ſe turbaſſe nec litem foveat, eò magis turbatus firmatur in quaſi poſſesſione, qui ſi nihilominus turbationem legitimè probat, utique adverſarius arbitrariam Magiſtratus haut effugit pœnam vel mulctam, teneturque læſæ parti ad intereſſe, quod juramento in litem præſtito æſtimari ſolet. *Johann. Althus. Dicæol. Lib. 1. cap. 133. n. 4.*
& manutenetur turbatus contra inquietantem, licet hic non contendat ſe posſidere, turbare enim dicitur is, qui quomodocunque controverſiam facit, ſive agendo ſive excipiendo, & cum asſiſtit cauſæ, ac ſeſe opponit intentioni Actoris, ut ne detur mandatum de manutenendo, ſive in judicio ſive extra, ſive de Jure ſive de facto; ſive lite pendente ac ante litem conteſtatam ſive poſt, ſiquidem per contradictionem judicialem dicatur conſtare ſufficienter de turbatione, ut loquitur

Lu-

Ludov. Poſt. dict. tract. O. 41. n. 9. & ſeqq. Menoch. retin. remed. 3. n. 159. & 98.

Solet propterea ſuper quaſi poſſeſſione jurisdictionis maximè in foro Saxon. inſtitui decantatisſimum ſummarisſimum poſſeſſorium, ſive momentaneæ poſſeſſionis judiciũ (quo non rarò etiam iniquisſimi poſſeſſores, vel potius detentatores per fas & nefas, ut dicitur, contra conſcientiam, alterius jura ad ſe rapientes, ſeſe defendunt & malitioſâ lite ſæpius obtinent) in quo extraordinariâ in factum utili actione ſuper poſſeſſione vel quaſi momentanea agi ſolet. *14 Summariſſimum poſſeſſorium.*

Joh. Köppen Lib. 2. Obſ. 69. n. 5.

Ubi etiam ſolennibus Proceſſus Ordinarii relictis, celeriter proceditur, obſervatis tamen cujusvis judicii ſubſtantialibus, utpote citatione &c. ſine qua ad deciſionem certam, etiam in cauſis ſummariis, deveniri haut poteſt. *15. In ſummariſſimo ſubſtantialia Proceſſus ſunt obſervanda.*

D. Carpzov. Proceſſ. jur. Tit. 23. Art. 1. §. 4. n. 14.

Ejusmodi enim defectus, & nullitas inde reſultans inter alios omnes potentisſima eſt, utpote defenſionem reſpiciens, quæ à jure provenit naturali.

L. ut vim. D. de j. & j. Vant. de nullit. ex def. cit. n. 2.

In tantum ut haut ſufficiat emiſſam eſſe citationem, ſed inſuper requiratur, ut ſit legitimè parti citatæ inſinuata ac documentum inſinuationis ad Acta relatum, quod ſi factum haut fuerit, actus ſubſecutus in Judicio haut valebit, et ſi poſt actum judicialem fiat relatio inſinuationis, nihilominus actus principio nullus non convaleſcet, quod tamen limitant alii non procedere, ſi Judex partibus præſentibus aut quando periculum foret in morâ,

 vel

vel probabiliter credens partem fuiſſe citatam proceſſiſſet, de quibus videri poterit

Vant. dict. loc. n. 146.

16. *Poſſeſſionis ſequeſtratio.* Multum autem intereſt, quando pares inter ſe de quaſi poſſeſsione jurisdictionis contendunt, & uterque ſe posſidere adfirmant, atque ſic retinendæ remedio vel actione utili certant, an verò alter posſideat, alter verò ſaltem turbet; priori caſu quilibet etiam ſolet ſuper turbatione conqueri, atque hinc dicunt Dd. fieri turbidam quaſi poſſesſionem, ſoletque à judice ſequeſtrari, maximè ſi metus ſubſit ne partes ad arma deveniant, vid.

Ludov. Poſt. Deciſ. 16. n. 1.

Quod tamen verum eſt, ſi ſummariter ſaltem judici conſtare in continenti haut posſit, uter potior posſidere videatur, quod ſi de eo conſtet, hic erit manutenendus ad interim, in tantum ut nec in iſtius præjudicium fieri poſſit ſequeſtratio.

Poſt. Deciſ. 556. n. 1. & Deciſ. 568. n. 2.

27. *Mandatũ de manutenendo.* Et quamvis in dubio ſoleant judices pro antiquiori posſidente mandatum dare de manutenendo, nihilominus tamen id ſolet limitari, niſi antiquior dereliquerit antea ſuam poſſesſionem vel quaſi anteriorem, quod in rebus quidem corporalibus eo minus habet dubii, ſi conſtet, tempore apprehenſæ poſſesſionis, eam ab antiquiori omninò relictam fuiſſe vacuam, quin enim tunc pro præſentaneo, in ſummario poſſeſſorio judicandum eumque ad interim manutenendum eſſe parum habet dubii, itaque poſſeſſoris intereſt, in poſſesſione vel quaſi continuare & non cadere ea, nec ob contradictionem adverſarii deſerere eam, quod ſi fecerit, utique ſuccumbet.

Poſt. Obſ. 71. n. 86.

Quod

Quod ſi alter quaſi poſſideat, alter autem turbet, non eſt dubitandum quin implorato judice, teneatur turbans deſiſtere haut tantum à turbatione, item cautionem de non amplius turbando ſed etiam quanti interfuit turbationem factam haut eſſe, præſtare;

Joh. Alth. dict. loc.

Contendere autem de jurisdictionali judicio, haut rarò inter ſe Dd. ſolent, num ſimpliciter & ſummariſſimè ita tractari poſſit, ut contendentibus de poſſeſſione vel quaſi, haut incumbat titulo colorare ſuam quaſi poſſeſſionem, an verò ita præcisè mixtum ſit, ut absque allegatione tituli & debita coloratione, nemo poſſit præ altero obtinere? Conſtat enim aliàs quod, ſi ſummariſſimè de poſſeſſorio agatur, Poſſeſſor etiam injuſtus, vitioſus, ſpoliator, prædo, clandeſtinus, violentus, vel precariò poſſidens, non debeat ab alio impediri, turbari, & cogi ut invitus agat, vel de meritis & juſtitia, vel injuſtitia poſſeſſionis diſputet, etiam quando alius aſſerit, ſe eſſe verum & juſtum poſſeſſorem, ſed ſit cogendus, ut prius deſiſtat à turbatione & poſtmodum contra poſſeſſorem dirigat actionem in ordinario poſſeſſorio; 28. *Judicium Jurisdictionale.*

Arg. L. 2. D. uti poſſid. ubi Ulp. in hæc verba ſcribit: Juſta enim an injuſta adverſus cæteros poſſeſſio ſit, in hoc interdicto nihil refert, qualiscunque enim poſſeſſor, hoc ipſo quòd poſſeſſor eſt, plus juris habet quam ille qui non poſſidet;

unde facilè liquet colorationem regulariter poſſeſſori haut eſſe neceſſariam, ut ut aliàs à Dd. dicatur eſſe velamentum, vel adumbratio, qua obducitur vera & intrinſeca tituli qualitas aut ſaltem extrinſeca, quæ illum primo intuitu facit apparere verum; ſiquidem multi perhibentur colorandi modi.

Panorm. c. in literis. n. 11. & ſeq. de reſtit. ſpol. Rebuff. de benef. poſſ. art. 10. n. 27. & ſeq. Andr. Knich. de jur. territ. c. 5. n. 48. & ſeq.

19. An mixta ſit poſſeſſoria Jurisdictionis conqueſtio.

Quòd autem in judicio jurisdictionali, poſſeſſoria conqueſtio plane mixta ſit, in tantum, ut nunquam ſibi quis poſſit polliceri victoriam, niſi titulo quaſi poſſesſionis demonſtrato, colorarit eandem, & quòd poſſeſſorium jurisdictionale, niſi conſtiterit quoque de petitorio, nullo plane modo juſtificari fas ſit, poſt alios contendunt

Andr. Knicb. dict. tract. cap. 1. n. 4. & ſeq. Ludov. Poſt. de manut. obſ. 44. n. 32. & paſſim.

Idque verum eſſe dicunt propter regulam univerſalem, quâ dicitur, quod, ubicunque adſit juris reſiſtentia ibi non ſufficiat ſolummodo probare poſſeſſionē vel quaſi, ſive anteriorem ſive præſentaneam, eo caſu ubi anteriori præfertur, ſed neceſſariò eſſe allegandum & probandum titulum, atque ſic faciendam colorationem, idque ideo quoniam Jurisdictio omnis à ſupremâ principis poteſtate unicè dependet originemque ſuam ducit, & propterea parti reſiſtentiam juris cauſat; urgentque inſuper pro poſſeſſorii jurisdictionalis commixtione, & exinde reſultante neceſſariâ tituli oſtenſione, quod ſubſtantia poſſeſſionis in hoc argumento tangenda, ſit prælibata qualitate dominii ſeu proprietatis, & propterea ob fundatam intentionem, quòd (uti dictum) cunctæ jurisdictiones à Principe dependeant & ab eo concedantur, ſine tituli documento jurisdictionem ſatagere nemo poſſit; quare etiā nihil frequentius in jurisdictionis campo alterâ paginâ ingeminari dicunt, quàm literas inveſtiturarū, (die Lehn-Brieffe/) ſiquidem ſi diſceptatio oriatur inter Principes, Comites, Barones, Nobiles, nihil prius habeatur, quam

quàm ut urgeant, ſe deſuper inveſtitos, productisque in judicio inveſtituræ literis originaliter, petant ut Adverſarius eas recognoſcat;

Knich. d. tract. cap. 5. n. 56. & ſeq.

Verùm contrarium tenet & rationibus propugnat

Tob. Paurmeiſt. tract. de jurisd. Imp. Rom. lib. 1. cap. 29. n. 19. & ſeqq.

Et putem controverſiam iſtam, diſtinctione dirimi poſſe, ut ſcil. diſtinguatur, inter ſummariſſimũ & ordinariũ ſive plenum poſſeſſoriũ, ita ut in hoc absq; ullo dubio titulus ſit juſtificandus, in illo non itẽ: Deinde judiciũ jurisdictionale fieri aliquando mixtum, ſi retinendæ utili remedio, utantur uterque litigantes, ſeſeque poſſidere & ab alterutro turbari contendant, ſimulque difficile ſit, uter potior poſſideat, tunc enim poſſeſſionis vel quaſi argumentum de poſci ſolet, quod Knichen d. loc. n. 37. fateri videtur, utut etiam hoc caſu ſummariè agi poſſe, haut diffitear. Quod ſi rebus ſic ſtantibus metus adſit, ne partes ad arma proſiliant, ſolet judex ut ſupra dictum vel inhibitione vel quaſi ſequeſtratione procedere, donec de poſſeſsione veriùs conſtet;

Quod ſi verò inferior contra Superiorem ſe opponat, vel in alterius Principis territorio poſſeſsionem vel quaſi jurisdictionis prætendat; vel ſi quis alio quodam modo juris præſumptionem contra ſe habeat, tum probationem ſaltem poſſeſsionis vel quaſi absque demonſtratione tituli, non ſufficere adſerunt,

Bald. Lib. 3. Conſil. 309. Afflict. c. 1. §. illud. de prob. feud. alien. per Freder.

Aliàs verò certum eſt, non improbari, maximè in fo-

30. Quid obtin. in foro Sax. foro Saxon. adſertionem, ſcil. quòd poſsit retineri juriſdictionis quaſi poſſeſsio, ſaltem ſummariter eâ probatâ, in tantùm ut in ſummariſsimo poſſeſſorio, absque juſtificatione tituli obtineatur, licet utplurimum ſoleant in judicio pro coloratione, haut pauca ab Advocatis, præviâ proteſtatione de præjudicio ſummariſsimi adduci.

Vid. Paurm. dict. loc.

An autem & quomodo poſſeſſorium cum petitorio poſſit cumulari, & quæ cujusque ſit natura eleganter tradit

Vult. tract. de jud. Lib. 1. c. 2. n. 36. & ſeqq.}

31. Remedia poſſeſſoria, & petitoria. Competit denique ultra ſummariſsimum, etiam Ordinarium ſeu plenarium poſſeſſorium, Actio confeſſoria & negatoria, quæ ad jurisdictionis effectum ſolent referri,

Weſemb. π. de jurisd. n. 13. de quibus actionibus videri poteſt Sneid. ad §. æque Inſt. de Act. Oldendorp. claſſ. 3. Act. 4. & 5. D. Carpz. lib. 1. Reſp. Jur. Tit. 7. Reſp. 68. 69. & 70.

CAPUT III.

DE

FORO.

SUMMARIA.

1. *Magiſtratus accuratè diſtinguere forum debet.*	5. *Clerici non debent, ſe immiſcere ſecularibus.*
2. *Locus, cauſa, & perſona conſideranda.*	6. *Conſiſtoria.*
3. *Territorium Univerſale & Particulare.*	7. *Poteſtas Eccleſiaſtica interna & externa.*
4. *Cauſæ Eccleſiaſticæ.*	8. *Lex Diœceſana.*
	9. *Jurisdictio.*

10. Co-

10. *Cognitio de crimine Uſurarum.*
11. *Perſonalia.*
12. *Diſtinctio criminum.*
13. *Forum Ordinarium & extraordinarium*
14. *Forum commune.*
15. *Domicilium originis.*
16. *Domicil. habitationis.*
17. *In quibus conſiſtat domicilium habitationis.*
18. *Maritus non ſequitur domicilium Uxoris.*
19. *Forum Contractus.*
20. *Actor electionem fori regulariter habet.*
21. *Quaſi contractus & diſtractus.*
22. *Limitatio de præſentiâ rei in loco contractus.*
23. *Quando contra abſentem actio utilis competat.*
24. *Quid conſequamur actione utili arbitrariâ.*
25. *Quid præſtet Fidejuſſor.*
26. *Limitatio de fidejuſſore.*
27. *Forum delicti.*
28. *Ob concurrentiam locus eſt præventioni.*
29. *De Injuriis quid dicendum.*
30. *Cauſa L. diffamari.*
31. *Homicidium in confinio duorum territoriorum commiſſum.*
32. *Cauſæ aliæ ex quibus Competens forum oritur.*

Magiſtratum noſſe præprimis debere, quodnam ſuæ ſit jurisdictionis, indubitati juris eſt, ne qua cum detrimento Reipubl. inſigni, quin cum ſingulorum etiam incommodo, rerum fiat agendarum confuſio; Si enim Judex vel Magiſtratus quilibet de cauſis cognoſceret omnibus, non habita perſonarum, locorum & cauſarum diſtantiâ & ratione, utique confuſio exinde reſultaret jurisdictionum, & diſſenſiones orirentur ac ſcandala, contra quam utilitas expoſcit reipublicæ, ut loquitur

1. Magiſtratus accuratè diſtinguere debet Forum.

Hieron. de Monte, de finib. Regund. cap. 2. n. 9. atq. huc

pertinet L. ult. D. de juriſd. & L. ſi quis ex aliena. 5. D. de jud.

2. *Locus, cauſa, & perſona conſideranda.* Conſideratio autem iſta, utplurimum terminis ſolet eſſe tribus concluſa, videlicet Loco, Causâ, & Perſonâ; Nam in omni loco idem judex haut habet jurisdictionem, neque in loco promiſcuè ſuo, nec in cauſis quibusvis & omnibus, neque in loco ſuo cauſisque ad jurisdictionem aliàs pertinentibus inter perſonas quasvis.

Vult. tract. de judic. Lib. 1. c. 4. n. 136.

Atque hinc deſcendit forum jurisdictionale, quod adſtringit quemlibet, ad agendum inibi de cauſa ad idem pertinente, extra quod impunè haut paretur.

d. L. ult. D. de juriſd.

Siquidem extra illud Magiſtratus pro privato habetur.

L. Præſes. 3. D. de off. Præſid. L. ult. de O. Præf. Urb. L. ult. de O. Proc.

3. *Territorium univerſale & particulare.* Locus iſte autem conſideratur utplurimum vel univerſaliter vel particulariter; illo modo ſolet vocari territorium, atque ſic Univerſi Imperii Romani territorium eſt unum univerſale & commune, in quo etiam judicia univerſalia, Aulicum Cæſareum, der Käyſerl. Reichs-Hoffrath; & Camera Imperialis Spiræ, in quo univerſali territorio Principes & Status quilibet, iterum ſua obtinent territoria, quorum tot ſunt, quot Provinciæ; atq; hinc eſt ſuperioritas territorialis, die Landes-Fürſtl. Landes-Gräffliche/Landes-Herrliche Hoheit/ vel Landes-Obrigkeit; communiter autem quando territorium dicimus, intelliguntur fines, ultra quos haut ſeſe extendit jurisdictio, quod etiam dominium & diſtrictus conſuevit appellitari; germanicè die Bothmäſſigkeit / Fluer/ Herrſchafft/ item die Obrigkeit/ Gerichte / ein Ambt etc. hinc Siculus

Flaccus

Flaccus in libro de conditionibus agrorum, *bellis geſtis*, inquit, *Victores Populi, terras omnes unde ejecerant victos, publicè dixêre territorium, intra cujus fines juris dicundi jus eſſet*; particulariter verò & in ſpecie ſolet territorium etiam accipi pro loco Magiſtratui cuidam peculiariter adſignato, in quo more majorum jus dicere debet,

L. jus pluribus 11. D. de j. & j.

Quem locum, peculiari voce ſolemus appellare, Cancellariam, Curiam, Judicium vel forum, quod etiam forus vocatur, licet illud occurrat frequentius.

Zaſ. in L. 2. §. his legibus n. 7. D. de O. I.

In ejusmodi itaque locis agitantur cauſæ civiles & criminales, eccleſiaſticæ & ſeculares, quibus omnibus à Magiſtratu jus dicitur; ubi præcisè ſolet obſervari, ne Eccleſiaſtica judicenter à ſeculari, nec ſecularia ab Eccleſiaſtico judice, ne alter alterum in ſua turbet & impediat jurisdictione; 4.

Judicat & jus dicit Eccleſiaſticus, tam de cauſis merè talibus quam mixtis; merè Eccleſiaſticæ ſunt vel de rebus vel perſonis; de rebus partim divinis ſacris nempè; partim prophanis quæ divinis dicuntur connexæ ſeu adnexæ; ut ſunt decimæ, jus Patronatus, & illæ unde Eccleſia ſuos ſolet habere reditus & proventus; De perſonis judicat tam Eccleſiaſticis: ubi ſpectantur Electiones, poſtulationes, proviſiones, ordines, dignitates, officia, Canonicatus, vicariatus & ſimilia; quam Laicis, ubi præprimis conſpiciuntur cauſæ matrimoniales &c. De mixtis

Cauſæ Eccleſiaſticæ,

dicare de eadem debeat! In ſecularibus autem meris, Sacerdotes ſive Clerici Judices eſſe prohibentur.

5. *Clerici non debent ſe immiſcere ſecularibus* *Tot Tit. ne Cler. vel Monach. ſecul. ſe imm. negot.*

Quod ob honeſtatem clericalem videtur inductum, cum ſit contra decorem, ſacerdotes & clericos, qui Eccleſiæ inſerviunt, in foro dijudicandis cauſis ſecularibus occupari vel immiſceri. Nam, ut loquitur Imperator, *abſurdum eſt, ſi promiſcuis actibus rerum turbentur officia. Et alii creditum alius ſubtrahat & præcipuè clericis quibus opprobrium eſt, ſi peritos ſe velint diſceptationum eſſe forenſium, in*

6. *Conſiſtoria.* *L. Conſulta divalia 23. C. de Teſtam.*

Ne igitur erretur in hiſce, à Statibus Imperii Romani Evangelicis, ſunt conſtituta Conſiſtoria peculiaria, ubi tractari cauſæ debent eccleſiaſticæ; ac licet alia quoque judicia poſſint conſiſtoria haut ineptè vocari, ſcil. quia ex eo dicuntur, quod viri eruditione & ingenii ac judicii acumine, ſingularique rerum experientiâ admodum conſpicui & præcellentes, conſultationis jurisq; dicendi gratiâ conveniant, ac inibi conſiſtant, donec de negotiis id quod juris eſt, aliàsque expediat, fuerit reſolutum, nihilominus tamen in ſpecie noſtris moribus Conſiſtorium denotat judicium illud in quo cauſæ duntaxat Eccleſiaſticæ tractantur & deciduntur.

D. Carpzov. Juriſt. Eccl. Lib. 3 Tit. 1. def. 1. n. 12. & ſeqq.

7. *Poteſtas Eccleſiaſtica interna & externa.* Hactenus autem ad conſiſtoria intelliguntur pertinere res Eccleſiæ & ſpirituales, quæ externam concernunt poteſtatem eccleſiaſticam, quæ enim pertinent ad internam, eæ ſolùm ad verbi divini miniſtros porriguntur, de quibus Politici haut quicquam poſſunt ſtatuere,

quod

quod fieret omnino, ſi hæ ad Conſiſtoria pertinerent, ſiquidem judicia iſta, cum Adſeſſoribus Politicis mixta conſpiciantur, adeoque, uti dictum, non quæ ordinis ſed quæ ſunt Legis Diœceſanæ Jurisdictionis ſtatus & dignitatis eò referuntur; nec obſtat, quod per manus hactenus traditum, & apud omnes Proteſtantium Religioni addictos in aprico eſt, Jura ſcil. Epiſcopalia, Principibus & Statibus Imperii, jure pacti ac conventionis propriæ competere, quod ſi verum eſt, utique Principes Politici, ea quæ ſunt ordinis poterint dijudicare, ceu pertinentia ad jura Epiſcopalia? In promptu enim eſt reſponſio; Principes ſcil. Seculares ita directò de internis Eccleſiæ haut poſsūt diſponere, imò nec miniſterio Politicorum dijudicare de iis, poterunt tamen id expedire per Egregios Theologos, quorum eſt ſolùm, prædicare purum Dei verbum, adminiſtrare ritè ſacramenta, clavibus uti ligandi & abſolvendi, ordinare & inveſtire.

D. Joh. Gerhard. in Loc. de Miniſt. Eccl. ſect. 5.

Quin etiam Magiſtratus Politicus, iſtos verbi Divini ſtrenuos Præcones & Confeſſores, debet cuſtodire, vibrare gladium contra hoſtes Eccleſiæ & reipubl. Chriſtianæ, manuque eosdem oppugnare armatâ.

D. Carpz. Juriſpr. Eccl. lib. 1. tit. 1. def. 2. n. 16.

Legis autem Diœceſanæ eſſe dicuntur, quæ concernunt ſubjectionem & reverentiam, quâm omnes de Diœceſi Epiſcopo præſtare ſunt obſtricti, adminiſtrationem 8. *Lex Diœceſana.*

[illegible]

9. *Jurisdictio* Ad jurisdictionem pertinet Epiſcopalis audientia, cujus intuitu Epiſcopus clericorum cauſas, regulariter omnes, ut & ſpirituales Laicorum audire & per ſententiam decidere debet, quo ſpectant controverſiæ de ſponſalibus & matrimoniis.

Vid. Cypr. de jur. Connub. c. 14. §. 29. Ant. Fab. de Rel. Reg. lib. 2. c. 9. n. 12.

10. *Cognitio de crimine uſurarum.* Dixi regulariter, haut rarò enim accidit, ut judex ſecularis, de iis quæ ad Eccleſiam ſpectare videntur judicet; ſic hodie cognitio de crimine uſurarum, quod aliàs ad forum Eccleſiaſticum pertinuit, ut conſtat ex tot. tit. extr. de uſur. item cauſa relaxationis Juramentorum ad effectum agendi, ad ſeculare ſpectant judicium, quomodo etiam in Camera Imperiali hac de re judicatur.

Ord. Cam. part. 2. tit. 24. von *relaxation* der Eyde/ *Gail. 1. obſ. 25. Mynſ. c. 3. o. 99.*

11. *perſonalia.* In perſonalibus inſuper, uti dictum, ferè omnibus, perſonæ Eccleſiaſticæ non à Magiſtratu ſeculari ſed Eccleſiaſtico judicantur, maximè cum Reorum ſuſtineant vices; quo ſpectat Ord. Elect. Sax. ſub tit. von beyden Conſiſtoriis c. 7. Was Sachen in das Conſiſtorium gehörig. §. Alle Sachen/ die Pfarren / Kirchen- und Schuldiener vocation, Ampt/ Dienſt/ Leben/ Wandel/ translation, dimiſſion, ſuſpenſion Handlung belangende/ &c.

vid. D. Carpz. lib. 3. Jurisp. Eccl. Tit. 3. def. 3. n. 3. 4. 5. & ſeqq.

12. *Diſtinctio criminum.* Quamvis autem hæc ita ſeſe habeant, in criminalibus tamen utut ejusmodi perſonales cauſæ ſint, non indiſtinctè Clericus ſuo fori gaudet privilegio, ac ſolet communiter diſtingvi inter crimina atrociora, merum Imperium ſive Juriſdictionem altam ſpectantia, die an Hals/

Haut

Haut und Haar gehen (ut ſaxo loquitur) puta quæ corpori pœnam afflictivam inferunt; & inter delicta quæ pœnas arbitrarias & remiſſiores important; in prioribus ceſſat jurisdictio Conſiſtoriorum, poſteriora verò ad hæc pertinent; ita ut Judiciis Eccleſiaſticis baſſæ jurisdictionis exercendæ poteſtas eſſe videatur

D. Carpz. d. loc. def. 5. n. 4. & ſeqq.

Forum inſuper haut incommodè à Dd. ſolet diſpeſci in ordinarium & extraordinarium; ordinarium rurſus in commune & ſingulare; quæ diſtinctio non intelligitur, quatenus ordinarium opponitur ſummario, vel momentaneo; ſed ſaltem ejus intuitu, ut conſtet quatenus in hoc vel illo loco, de Perſona vel cauſa, communiter vel ſingulariter agi poſſit; ceu ſentit 13. *Forum ordinarium & extraordinarium*

Il. Umm. Diſp. ad Proceſſ. jud. Dir. 4. th. 1, n. 4.

Commune autem ordinariè conſequitur Reus 14. *Forum commune* Primò ob Domicilium, quod licet olim in commune & privatum diſtinxerint Interpretes ſcil. quòd illud fuerit Romæ, in tantum ut Rei, ſive contraxerint ibidem ſive non, conveniri potuerint, dummodo præſentes inventi;

L. Roma 33. ff. ad Municip. Umm. d. l. n. 6.

attamen de communi illo domicilio nil eſt quod ſimus ſolliciti, cum Patria communis Roma & domicilium eſſe deſierit juxta illud:

Roma diu titubans variis erroribus acta
Corruet & mundi deſinet eſſe caput!

ma Tribunalium iſtorum jurisdictio in iis ſit fundata, de quibus eleganter plura tractat

Roding. pand. Cam. Lib. 1. per tot.

15. *Domicilium Originis* In præſens autem de domicilio originis & habitationis quædam dicenda veniunt.

Originis, nec quoad forum ſortiendum, noſtris moribus, nec quoad honores & munera conſideratur, ſed ſaltem proprium quod quis ſibi conſtituit, in loco, electæ habitationis & reſidentiæ.

Coler. de Proceſſ. Execut. p. 2. c. 1. n. 20. Paurm. Lib. 2. de jurisd. c. 8. n. 37. Nobiliſſ. D. Struvius Synt. Jur. Civ. Exerc. 9. th. 19.

Nec obſtat, quod jura naturalia ſint immutabilia in tantum ut nec errore veritas originis immutetur, nec mendacio dicentis ſe eſſe unde non ſit, deponatur, neque recuſando quis patriam, ex qua oriundus eſt, neq; mentiendo de ea, quam non habet, veritatem mutare poſſit.

text. in L. adſumptio. 6. D. ad Municip.

16. *Domicil. habitationis.* Præſtantius igitur, quoad forum ſortiendum, habitationis dicitur, & propriè de eo, ubi quis reverà habitat intelligitur, eo animo ut conſiſtat ibi perpetuo niſi quid avocet.

Umm. d. Diſp. th. 1. n. 6.

Idque non nuda conteſtatione, ſed re & facto æſtimatur; ſiquidem non ſola domus poſſesſio, quæ in aliqua civitate comparatur, domicilium efficit.

L. Libertus. 17. l. domicilium. 20. D. ad Municip.

Quare aſſertio cujusdam ſe domicilium habere alicubi ex eo quod commoretur ibidem, haut attenditur, ſed quoniam facti eſt, ab aſſerente aliter debet probari, idque tum

potior, erit ille qui diligentior priorque cœpit judicium atque ſic locus datur præventioni. *eſt præventioni.*

L. ſi quis 7. in fin. L. ubi acceptum 30. D. de judic.

Si tamen ab uno judice ſufficienter punitus fuerit delinquens, ab alio haut debet puniri ulterius, iniquiſſimum enim eſſet, Reum de eodem delicto duplicem ſuſtinere, pœnam.

L. 3. in fin. L. 6. §. 4. D. Naut Caup. ſtab. Ludov. Gilb. arb. jud. part. 2. c. 1. §. 3. n. 6.

Idque in delictis publicis abſque dubio obtinet, ubi Reus ſive abſens ſit ſive non forum ſortitur; ſed quid de injuriarum actione dicendum? & forum communiter quoque ſortitur Reus in loco evomitarum Injuriarum, dummodo ibi præſens reperiatur, quia ejusmodi privata delicta regulari ſolent ſecundum naturam contractuum, niſi perſona publica intuitu & contemplatione officii injuriis fuerit laceſſita, tunc enim tanquam ex delicto publico cauſa tractari poteſt. *29. De injuriis quid dicendum.*

D. Carpzov. Proceſſ. Jur. Tit. 3. Art. 2. 3. 4. n. 60. & ſeqq.

Fallit autem quod dictum eſt, in puncto injuriarum quaſi ob contractum præſentem debere eſſe Reum ſi forum ſufficienter fundatum affirmare velimus, in caſu L. diffamari; non obſtante quod Actor forum Rei ſequi debeat. *30. Caſus L. diffamari.*

Trentacinq. Lib. 1. Var. Reſol. 1. n. 6.

De confinio inſuper duorum territoriorum ubi cri- *31. Homici-*

territorio videatur commiſſum crimen, aut nihil planè de re conjecturāda conſtat; priori caſu res eſt expedita, ad eum ſcil. judicem pertinere cognitionem, pro quo potiores ſtant conjecturæ; licet enim in criminalibus res per conjecturas expediri facilè haut poſſit, ſed probationes luce meridianâ (ut Criminaliſtæ loquuntur) clariores requirantur, attamen id ſibi locum vendicat, quando de crimine ipſo per ſe, eſt ferendum judicium & ſententia, ſecus autem in cognitione criminis, ſive cognoſcendi competentia; poſteriori autem caſu, præventioni locum eſſe non dubitatur, atque ita in praxi ſolet obſervari ut teſtantur.

Magnif. Dn. Richter. in Explic. dict. Auth. & Nobiliſſ. Dn. Struv. Synt. Jur. Civ. Exerc. 9. th. 46.

Ex concurrentia enim oritur præventio, & ex præventione alterutri exceptio incompetentiæ, quæ opponitur Judici, ipſi quidem aliàs competenti, ſed qui in jurisdictione exercenda jam ſit præventus à judice alio cum quo ipſe in Jurisdictione concurrit.

L. ſi quis 7. D. de jud. Hermann. Vultej. tract. de judic. lib. 2. c. 7.

32. Cauſæ aliæ ex quibus competens forum oritur.

Quomodo etiam ratione rei ſitæ, ſimultaneæ inveſtituræ in Electoratu Sax. cauſæ & litigii qualificati, continentiæ & connexitatis cauſæ, item jure ſingulari forum fundetur, ea ut & priora omnia, accuratius atque prolixius tractare conſtitueram. Verùm temporis anguſtiâ excluſus fui, quominus propoſito ſatisfacere potuerim, quapropter coactus acceleratum rei huic impoſui

FINEM!